



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Quod contemnendus est mundus, & ea quæ mundi sunt, propter eorum
malitiam, & continuam læsionem, qua[m] suis amatorib[us] ingerit 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

Quod contemnendus est mundus & ea
 quæ mundi sunt propter eorum ma-
 litiam & continuam laesionem,
 quam suis amatoribus in-
 gerit. Art XXIII.

1. Iohan. 5. **M**otus mundus in maligno
 positus est. Nonne malignitate
 plenus & maligno subiectus,
 seu dæmoni subditus est mundus?
 De quo idem ait: Omne quod est in mundo,
 concupiscentia carnis est, aut concupiscentia
 oculorum, aut superbia vitæ. Iniqui
 namque, Petrus docet, sunt serui
 corruptionis & peccati. A quo enim
 quisque superatus est. Huius est
 seruus est. Qui autem est seruus
 peccati, est utique seruus diaboli.
 Vnde de impijs loquitur Paulus:
 Resipiscant à laqueis diaboli, à
 quo captiui tenentur ad ipsius
 voluntatem. Hinc Christus in euangelio
 demonem nominat principem huius
 mundi, non utique machinæ mundialis,
 sed hominum mundanorum, qui à
 Deo auersi in terrenis depressi sunt.
 De quibus Hieremias ait ad Dominum:
 Recedentes à te in terra scribentur.

DI
 tur.
 Gau
 vestr
 secu
 Beda
 per e
 dum
 dina
 non
 nis, c
 perbi
 vocal
 preh
 siqui
 lupta
 conc
 curio
 artib
 turpi
 temp
 carpe
 perbi
 norib
 malis
 sæcula
 tes, qu
 pllear
 foder

tur.

DE ARCTA VIA SALV. 383

tur. Contra quod Christus ait electe:
Gaudete & exultate, quoniam nomina *Luce 10.*
vestra scripta sunt in caelis. Denique
secundum expositionem venerabilis
Bedæ, in præinductis verbis Ioannis,
per ea quæ in mundo sunt, & per mun-
dum intelliguntur homines, qui inor-
dinato amore incolunt mundum. *I. Ioan. 2.*
Isti non habent nisi concupiscentiam car-
nis, concupiscentiam oculorum, & su-
perbiam vitæ, His etenim vitiorum
vocalibus omnia vitiorum genera com-
prehendit Iohannes, concupiscentia
siquidem carnis est, omne quod ad vo-
luptatē & delicias corporis pertinet, *Nota.*
concupiscentia oculorum est, omnis
curiositas quæ fit in discendis nefarijs
artibus, in contemplandis spectaculis
turpibus, vel superfluis acquirendis
temporalibus rebus, vel cognoscendis
carpendisque vitijs proximorum: Su-
perbia vitæ, quum se quis iactat in ho-
noribus, Mundus itaque plenus est
malis, Quid enim faciunt homines
seculares secundum mundum viven-
tes, quam diuersis se concedunt im-
plicare peccatis & suasque animas con-
fodere vitiorum vulneribus & con-
cupis-

cupiscentiarum sagittis, in tantum
non sentiant ea? Impletum videmus
in ecclesia illud Osee capite quarto
Non est veritas, non est misericordia
non est scientia DE I in terra, Male
dictum homicidium, furtum, adulter
rium & mendacium inundauerunt

Hier. 6. A minori quoque (inquit alius pro
pheta) vsque ad maiorem, omnes au
ritate student, Sacerdotes nō dixerunt
vbi est dominus? Et pastores prauar
cati sunt: Non latet ad quantam ru
nam deuenit ecclesia pene in omni
tu, gradu & ordine. Porro si Chri
stiani nunc viverent sicut olim, non
esset tanta necessitas fugiendi à mun
do, verum sicuti nunc vt plurimum vi
uitur, summa difficultas est bene viu
re, seu mortalia peccata declinare à
mundo, præcipuè his qui manua
pere non occupantur. sed abundan
diuitijs, & cum sæcularibus conuer
santur, Fraudes, ambitio, inuidia, vo
luptas & omnia mala super terram
diffusa sunt, cogitat vnusquisque quo
modo substantiam suam multi
plicet. Nemo qualiter animam sa
lam saluet, Timent ne paupertatem
incurrant, Non autem, vt ne gehem

DE ARCTA VIA SALV. 337

nae supplicia incidant, Mundus est *Dani. 3.*
fornax vitiorum, quam mundani sep-
templi (septem videlicet principali-
um vitiorum) igne succendunt, & in
ea comburunt seipsos & suos collegas.

Vbi in tantum exacantur vt pericu-
la sua, quamuis audita & nota non
vitent. nec metuant, scilicet tanquam
phrenetici & insani in periculis suis
exultant. Eos quoque quos simili-
bus non cernunt inuolui periculis,
insensatos reputat & insanos. Hinc

Seneca ait: Quoties inter homines *Seneca.*
fui, minor homo redij. Et Alanus: *Alanus.*

Ad mala facta, malus socius socium
trahit. Et sic fit malus & nequam, qui
ante bonus fuit. Denique sicut popu-
lus Israel non valebat ab Aegypto re-
cedere nisi diuino adiutus auxilio: sic *Exod. 12.*

nemo à seculo isto potest auerti, nisi
diuinæ misericordiæ tactu & munere
adiuuetur. Defectus, tamen non erit
ex parte DEI, dummodo quod in
se est fecerit homo. Mundus hic
comparatur deserto, per quod filij
Israel procescerunt ab Aegypto ad
terram promissionis. In quo quidem
deserto tot occurrerunt obstacula,

r 2 quod

Deut. 1.

quod ex sexcentis numeratis milibus
 duo duntaxat, scilicet, Caleph & Iosue
 perducti sunt ad terram promissionis. O quantum gaudet nunc diabolus
 omnes in procliuo & sordibus vitiorum
 conspiciens. Terrenis inhiant homines,
 terrena sapiunt, DEVS & mandata eius
 non curant, terribilia DEI iudicia,
 audientes non oblitescunt: sed tamquam
 fabulas audiunt, omnia sine causa
 fiunt nobis, Duritia nostra non
 mitigatur. Sed nunquid DEVS
 iustitiam suam relinquet, aut
 peccata inulta deseret, aut
 verba quæ de futuro iudicio ac
 debitis penis prædixit, falsificari
 permittet? Præterea qui terrenarum
 rerum superatur amore, in Deo
 nequaquam delectatur. Nullus
 autem diu permanet absque
 delectatione. Qui ergo in
 spiritualibus non lætantur,
 ad mundana solatia se
 infundunt, sicque vitiorum
 multitudine obruuntur. Hinc
 gusti. Beatus est (inquit) domine
 qui amat te, Qui autem te non
 amat, mundum amat, vitijs
 seruit, nunquam securus,
 sed distractus atque desperatus
 est per varias mundi curas,
 vanitates & pompas. Porro quot
 sæculi voluptates

Augusti.

tates contemnis, tot dæmonum laqueos euadis, Fœlix anima quæ delectationibus huiusmodi delectatur, in quibus nulla turpitudine inquinatur, sed veritate, serenitate purgatur: quam ita delectat lex Dei, vt vitet lasciuias mundi. Verum quam diu in nobis dulcescit iniquitas, amara est æquitas, & cui dulcis est mundus, non sapit Christus: sed gustato spiritu Dei. desipit omnis caro, Porrò multipliei vitiorum deformitate inficitur, qui mundo huic mente obsequitur: & qui nihil de diuina dulcedine sapit, terrenis desiderijs sordidari non metuit, Etsi hi à peccatis puri esse non queunt, qui pro Dei amore mundum spernentes, & religionem intrantes in cælestibus conuersantur, quibus peccatorum ponderibus prægrauantur, qui in medio mundi sine sollicitudine & timore Dei, mundi vanitatibus insistere non verentur: Quid est eorum viuere, nisi peccare? Sæculi lætitia est impunita nequitia. Sed quod reprobi delectationem existimant, Virtuosi electi pœnam definiunt, pensantes, inde animam æternaliter desperire. Vnde contingit carnem ad tempus suauiter viuere, Vlu-

late & flete miserabiles sæculi amatores, qui corpus ante tempus amant, & necatis, dum vitij gulæ atque luxuriæ immoderanter vilitateque seruitis. Inde enim procedunt infirmitates & mors repentina. Gaudeate & iucundamini nunc in hoc brevissimo temporis vestri spatio, ut postmodum cum diabolo æternaliter lugeatis, Epulemini & inebriemini: ut post modicum cum diuite, quæ epulabatur quotidie splendide, æternum inferni incendium sortientes, guttam aquæ frigidæ postuletis, nec tamen recipere valeatis, Cur ferro & saxo duriora sunt corda vestra, quam pro his infallicissimis mundi caducis solatijs, vanisque delitijs non perpenditis, neque timeate imminere vobis illam horrendam Christi sententiam: *Ita maledicti in ignem æternum: Forte dicetis: Clemens est Deus, nec vult mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Et, quacunque hora peccator ingemuerit, omnium peccatorum eius non recordabitur amplius. Sicut per Ezechielem promisit: Si ergo vel in puncto mortis ingemiscat peccator saluabitur. Fateor vera sunt hæc,*

Lucæ .6.

Matth. 22.

Ezech. 18.

imò incomparabiliter magnitudo pietatis diuinæ mentis nostræ capacitatem excedit, quum sit verè immensa. Quod patet in hoc quòd peccātes tam diu suffert, tam longanimiter vt conuertātur, expectat, redeuntes tam misericorditer recipit, tam cito indulget. couersis, tantam gratiam influit eis ac si nunquam peccassent, Nonne infinitæ pietatis est opus hoc? Sed non minor est æquitas quam eius pietas, Et quos diutius vt pæniteant præstolatur & tolerat, nō conuersos grauius detestatur & punit, Quod aut̄ propheta ait de gemitu peccatoris, intelligendu est vtique de gemitu ex vera contritione procedente, vera autem contritio ex vera DEI dilectione procedit, & ex odio culpæ, atque affectu iustitiæ. Et sicut testatur Hieronymus. Necessaria est pænitentia siue contritio, quæ adæquet crimina, aut certè excedat, Cui consonat illud Chrysostomi: Compunctio est, quæ facit animam horrescere purpuram, optare cilicium, amare lachrymas, fugere risum. Quæ ergo hæc ita se habeant, qualis esse potest contritio & gemitus eius q̄ in articulo mortis confitetur & pœnitet: quoniã

aptius viuere se non posse perpendit
imò si diutius se victurum confideret
confessionem differret. Formidandum
videtur quod ex timore seruili & fide
informi, ac proprii commodi nudo
intuitu, contritio & gemitus ille nascantur.
Nec est vera contritio, sed quedam
attritio, Qui autem salubriter
confitetur & pœnitet: oportet vt do-
leat de peccato, in quantum est peccatum
& Dei offensiuum, seu diuinæ san-
ctitatis ac maiestatis inhonoratiuum.

2. Mach. 9. Hinc 2. Machab. Antiochus legitur pœnituisse, nec tamen misericordiam inuenisse. Simile scribit Apostolus ad

Hebre. 12. Hebræ. de Esau, Non inuenit, ait, pœnitentiæ locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam, Nullus ergo vana spe. & stulta persuasione fallat

Hieron. seipsum. Dicit namque Hieronymus. Hoc teneo, hoc verum puto, quod est non bonus est finis, cui mala temper fuit vita, qui dum sanus & validus fuit, Deum offendere non expauit, sed

Psal. 115. in mundi vanitatibus vixit. Preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. Ait Psal. Mors vero peccatorum pessima- Hinc quoque testatur Ansel, percutitur hac ultione peccator, vt mo-

DE ARCTA VIA SALV. 165

vt moriens obliuiscatur sui, qui uiuus
& sanus oblitus est Dei, Et Augusti-
nus: Non potest male mori, qui bene
vixit: & vix bene moritur, qui male vi-
uit, veruntamen de nullo est desperan-
dum, sed peccator etiam in extremis
est ad pœnitentiam hortandus, Inter-
dum namque fortasse contingit, quã-
uis rarissime, vt qui tempore sanitatis
neglexit pœnitere, tunc pœnitendo
misericordiam impetret. Nihilominus
stultissimus est omnis viuens, & inco-
mis, qui se tanto committit discrimi-
ni, Agamus ergo quod tutius est, pœ-
nitendo & vitam corrigendo quotidie
dum sani consistimus. cum propheta
deuotissime deprecantes. Ne proicias *Psal. 70.*
me domine in tempore senectutis,
quum deficiet virtus mea ne derelin-
quas me, Eccè enim nũc tempus acce-
ptabile, nunc dies salutis, vt dicit Apo-
stolus. *2. Cor. 5.*

*De nobilitate dei formi anima sancta
Deum feruenter amantis & in-
estimabili vilitate anima
indurata seu pec-
catricis.*

Arti